



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. An matrimonium ex metu contractum sit validum?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

non possit, obligatus maneat ad verè consentiendum, & validè contrahendum, nisi cum alia jam contraxisset vero consensu matrimonium; vel nisi & illa, cum qua fictè contractum est, decepisset fictè contrahentem, cum in tali casu deceptio deceptioe compensetur; vel nisi ob inæqualitatem personarum incommoda alia plura, & infelices exitus, &c. timeri ex tali matrimonio possent.

§. II.

An matrimonium ex metu contractum sit validum?

Quod matrimonium ex metu gravi, injustè, & ad extorquendum matrimonium incusso, contractum, nullum sit, saltem de jure positivo Ecclesiastico, ex ut. 40. Lib. 1. Decretal. jam patet, ubi etiam §. 1. dictum, quis metus gravis habeatur, & §. 5. quæ conditiones aliæ requirantur, ut matrimonium gravi metu extortum nullum sit, cum enim matrimonium sit indissolubile, & consequenter semel validè contractum, rescindi non possit, prout possunt alii contractus, ergo, ut consuletur gravem in etum passo, debuit nullam declarari matrimonium, quod metu gravi extortum est. Vide *Auct. Meth. hic, vel in Tit. 40. citat. L. 1. Decretal.* Si tamen metus ille gravis injustè, ab extrinseco, & directè ad obtineandum matrimonium, incussus fuit, prout etiam habetur ex c. *Cum locum 14. & ex c. Veniens 15. h. 1. & ex c. 2. De eo, qui duxit, &c.*

§. III.

An si mulier invita cum alio Matrimonium contraxit, nec in ipsa sua consensu, valeat Matrimonium alteri postea nubas. Item an nuptium, metu gravi contractum, spontaneam cohabitationem recipiat, & convalescat.

Resp. 1. ex c. *Veniens 15. h. 1. quod si mulier coacta seu invita in matrimonium ducta fuit, & postea alteri postea hoc matrimonium valeat, prius gravi metu injustè extortum nullum fuerit, nisi per spontaneam cohabitationem metus ille purgatus fuerit, jurequam secundum matrimonium contractum fuit, de quo mox.*

2. ex c. *Ad id 21. h. 1. quod matrimonium metu gravi contractum per spontaneam subsequentem cohabitationem utriusque conjugis convalescat, ratificetur, quia talis morae cohabitatio est sufficiens signum spontanei consensûs, postmodum habitus, qui non requirebatur ad valorem matrimonii. Plura tamen adhuc requiruntur, ut cohabitatio talis vim habeat spontanei consensûs in foro externo, primo, scilicet ut sciat ille, qui per cohabitationem vult ratificare censetur matrimonium quod matrimonium hoc factum nullum fuerit, ne errore tantum, quem irreversibilem putat, cohabitare alteri videatur. Secundò ut cohabitatio talis digna moraliter fuerit juxta prudentiam iudicis arbitrium. Tertiò ut omnis causa*